



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Tractatio Synoptica De Iudiciis Ad Lib: II. Decretal:
Gregorii IX.**

**Herberstein, Ferdinand von
Tabarelli de Fatis, Donato Vincenzo**

Spirens., 1660

16.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11416

linquentis detrimentum. Quare debent intelligi de denunciatione ad punitio- nem, non de denunciatione ad præcaven- dum malum impendens requisita.

15. Solùm advertimus, quando Prælati seu inquisitores mandant denunciatio- nem sibi fieri de iis & aliis delictis absque eo, quod cum aliquo communices, hoc intelligendum esse de delictis, quæ tibi certò constant in edictis contineri, quæq; tibi denunciari mandantur. Nam si dubi- tas, an peccata, quæ scis sint contenta in edictis vel non, poteris sine scrupulo con- fessarium consulere aut alium virum do- ctum: neq; hanc communicationem in- quisitores prohibere intendunt, ut ad- vertit *Ioan: Sanch: select: Disput: 11. num 57. cum alijs.*

16. Sed inquires quid dicendum in propriis injuriis: Respondeo rarò in his esse obligationem corripiendi secretò de- linquentem, quia rarò invenitur injuria- tus, cui grave non sit injuriantem frater- naliter corripere, & cuius correctio ab in- juriato admittatur. Potest tamen injuria- tus satisfactionem expostulare apud Judi- cem,

cem,

eem, si alia via desit & denunciare delinquentem in omnibus casibus, in quibus diximus denunciari posse delicta alteri damnum inferentia. *ita ex Arag: 2. 2. q. 68. a. 1. docet Villalobus tom. 2. sum: tr. 4. differ: 12. numer: 2.*

17. Corollaria ex dictis à n. 5. sequentia deducimus 1. Vi edictorum, quibus Judices aliquando præcipiunt denunciari certa delicta, aut certos reos ab iis, qui eos nōrint neminem teneri judicialiter denunciare delictum, & reum omninò emendatum, nisi delictum cum suo authore publicum sit, & nondum dederit publicam satisfactionem: idq; obtinere in delictis sive noxiis ipsi delinquenti sive proximo, sive Reipub: etiam dato quod probari possint in judicio. *Navar: in man. 6. 25. nu 46.* Ratio, quia licet huiusmodi denunciatio utilis esset ad punitionem delicti, hæc tamen sola utilitas non dat jus Judici ad præcipiendum denunciationem occulti delicti subdito jam emendato, quia cessat finis & ratio præcipiendi, secunda pars autem similiter patet, quia quando delictum fuit publicum, esto secretò emendatum sit,